


INDEX
LECTIONVM
PVBLICE ET PRIVATIM
IN
ACADEMIA
F R I D E R I C I A N A
QYAE BVETZOVIVM ORNAT,
PER SEMESTRE AESTIVVM A. 1776.
HABENDARVM.



B V E T Z O V I I
TYPIS IOANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. DVC. AVL.
ET ACADEM. TYPOGRAPH.





LECTIONES THEOLOGORVM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. & Consist. Ducal. Consil. juvante Deo THEOLOGIAM DOGMAT. proxime absolvendam denuo auspicabitur, præleget THEOLOGIAM POLEM. & tradet HERMENEVTICAM.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Consist. Duc. Consil. & S.S. Theol. P. P. O. per semestre aestium adiuuante DEO 1) in docenda *Theologia Dogmatica* perget; 2) *Theologiam Moralem* tradet; 3) *Epistolam Pauli ad Romanos* interpretabitur.

IVRISCONSVLTORVM.

ADOLPHUS FRIDERICUS REINHARD, Dr. In Consist. Duc. Consiliar. & Jurium Prof. primar. perget in *Lectionibus Juris Ecclesiastici*, simulque docere paratus est *Encyclopaediam Juris*, *Theoriam philosophicam Juris Criminalis ac Differentias inter Jus commune tam civile quam ecclesiasticum & Meclenburgicum.*

IO. MATTHIAS MARTINI, S. D. R. a consiliis iustitiae,
iarium D. & P.P.O.

Vt Commilitonum studiis omni modo inserviat, non mo-
do theoriam iuris, sed & praxis iuridicam docere studebit, hinc
destinavit in semestri aestivo

horam 9 - 10. historiae iuris ductu Selchovii.

horam 10 - 11. iuri patrio iuxta sua p̄aecepta.

horam 11 - 12. institutionibus iuris civilis secundum p̄aece-
pta Heinecii

horam 8 - 9. collegio pratico ad manuductionem Knorii.

EOB. TOZIVS, Sereniss. Duci Regn. a consil. iustit. &
Iur. Publ. Prof. O. hora IX. docebit Ius publicum Imperii R. G.
secundum Institutiones Pütterianas.

D. IOANNES CHRISTIANUS QUISTORP, P. P. Q. &
Sereniss. Duc. Regn. a Consil. Iustit. Absolutis Praelectionibus
mox elapso semestri coeptis per aestatem docebit 1) *Institutiones Iuris Civilis*, Duce Heinecio, 2) *Ius Criminale* secundam
nouam editionem libri sui, cuius Titulus est, *Grundzäge des
deutschen peinlichen Rechts & denique 3) Ius Ecclesiasticum Pro-
testantium*, partim secundum propria elementa, in libello, sub
titulo, *principia Iuris prudentiae Ecclesiasticae germanicae, ma-
xime Protestantium exposita*, partim autem & in specie quoad
speciales Iuris Ecclesiastici materias praecunte *Engauio*, vel
Schmidio instituendum.

MEDICORVM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facult. Med. Se-
nior, Praelectiones privatas ad D. Lösecke Therapiam specia-
lem internam, Superiori semestri coeptas continuabit. Publicis
Lectureibus Dixtam Literatorum diebus Mercurii & Saturni
tradet.

D.

D. AUGUSTUS SCHAAERSCHMIDT, *Med. P.P.O. & SERENISS. DUCI a Consil. Aul.*

Hor. X - XI. Functiones corporis humani ad physiologiam beat. Dn. *Loescke* explicabit.

Hor. XI - XII. Chirurgiæ studiosos manu medendi artem docebit.

Ueberdem wird er, auf hohen gnädigen Befehl, die künftigen Hebammen, die sich bei ihm angeben werden, zweimahl die Woche, Mittwochs und Sonnabends von 2 - 4. in der Entbindungs-Kunst pflichtmäßig unterrichten.

PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, D. & P.P.O. atque Archiater & in Aula a Consiliis per sequens semestre aestivum in Pathologiam ex Compendio B. Ludwigii commentabitur. Praelectionibus quoque therapeuticis pro desideriis auditorum operam dabit.

PHILOSOPHORVM.

ANG. IO. DAN. AEPINVS, Philos. P. P. O. & SERENISS. DUCI a Consil. Aul. ob negotia clementissime sibi demandata absens, hoc semestri laboribus academicis vacare adhuc impeditur, ad quos tamen, quamprimum fieri poterit, redibit.

WENCESLAUS IOHANNES GUSTAVUS KARSTEN, Phil. D. & Mathei. P.P.O. Mechanicam Practicam docebit hora IX - X. praeante *Cel. Eberhard in den Neuen Beyträgen zur Matheſi Applicata*, hora XI - XII. vero Opticam cum Perspectiva secundum præcepta, quæ exposuit in Parte VII. systematis, cui titulus: *Lehrbegriff der gesammten Mathematick*. His jungen prima Analyseos Mathematicæ principia hora II - III. expli-canda una cum utraque Trigonometria plana & sphærica, commentaturus ad Partem II. ejusdem libri ab ipso editi.

EOB. TOZIVS, Hist. Prof. P. O. tradet hora X. historiam Imperii R. G. ad filum Compendii Pütteriani : *Grundriss der Staatsveränderungen des deutschen Reichs.*

Alia hora, de qua cum Auditoribus transfiget, enarrabit res in præcipuis Europæ regnis & rebus publicis pace belloque gestas, Duce B. ACHENWALLIO in libro, qui inscribitur: *Geschichte der heutigen vornehmsten Europäischen Staaten im Grundriss.*

M. OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, Seren. *Duci Regn. a Consiliis aulicis, OORR. P. P. O. & Bibliothecae Praefectus, b. c. D.*

h. lIX. *Lectiones cursorias in V. T. continuabit.*

- IX. Rudimenta dialectorum orientis, harum cupidis tradet.
- XI. Criticam sacram redauispicabitur.
- II. Rabbinismum ad filum compendii sui enucleabit.

IO. NIC. TETENS, *Phys. P. P. O.*
Physices Initia ad Erxleben, Logicam, tanquam partem primam Philosophiae theoreticae ad Feder. & Mathefin elementarem, duce Kaestnero docebit.

SAMUEL SIMON WITTE, Jur. N. & G. Prof. P. O. per semestre aestivum *Jus Naturae, Philosophiam moralem, & Jus publicum universale*, ad Perill. *Darjesii & celeber. Scheidemanteli* compendia commentaturus, horis e tabula publica indicandis docebit.

DOCTORVM PRIVATORVM.

D. NICOL. GEORGIVS BERN. DE LOEWENSTERN, per instans semestre docebit PVBLICE hermeneuticam iuris atque theoriam processus; PRIVATIM autem h. VIII. *Ius Germanicum*

nicum ducē generosiss. DE SELCHOW; h. X. & II. *ius Digestorum* praeente B. BOEHMERO; & h. XI. *ius feodale* ex principiis Perill. G. L. BOEHMERI. Neque etiam illis deerit, qui aut *historiam iuris* aut *ius criminale*, superiori semestri absolutum, denuo a se exponi cupiunt.

M. VAL. CHR. MOELLER, V. D. M. *publice* commentatur de ratione, libros, eleganti sic dicta patria lingua scriptos, legendi; & vt nāsō critico satisfaciat, quos sibi perlegere contigerit, ostendet, libros nostri temporis de an. 1770. vsque 1776; liberali judicio pulchra & vitia eorum examinabit, semperque modestia & amore veritatis confirmabit recensiones ingenue. Ob studium litterarum, quas bellas, vel elegantiores vocamus, & ad quas cognoscendas multi pituitoso palatu animum appellant, ob vagam libidinem legendi & noxiā, qua omnis gustandi sensus saepissime depravatur, ob multorum autorum, qui belles esprits gestiunt, impudicitiam, Plagia, & denique ob autoritatis praejudicium, vt mente sana, quid reuera pulchrum sit & deceat, & vt ait *Baco*, quod & cum veritate optime consentiat, & ad vsum sit accommodatissimum, determinemus, meo iudicio necesse videtur. *Priuatim Theologiam naturalem*, ad filium libri: Chr. Wil. Fr. Walchs Grundsätze der natürlichen Gottesgelarheit, 8. Götting. 1760; porro *Eloquentiam sacram* docebit, ductus Anglo *Fordyce*, cuius liber: Theodor, oder die Kunst zu predigen, 8. Hannov. 1754, notus est; & denique *pri-vatismus*, si ad sint, prima educandi principia & pracepta iis tradet, qui in partem educationis imposterum vocantur, vel sponte hoc negotium eligant, duce D. Ant. Fr. Büsching Unterricht für Informatoren und Hofmeister, edit. nov. Hamb. 1773. 8. Horas harum praelationum, desiderio commilitonum, aliisque negotiis sacris accommodatas, tabula publica indicabit.

FRIDERICUS NEUMANN, Ph. D. *Praelationes Philologicas, criticas & exegeticas in epistolas Pauli ad Timotheum primam & secundam, ad Titum & ad Philemon pastorales scriptas*

ptas habebit, & *historiam Theologiae litterariam*, sive notitiam de praecipuis, ad Theologiam spectantibus scriptis tradet, &c. si qui erunt, qui *praelectiones privatissimas in historiam Philosophicam & Anthropologiam* audire cuperent, & illis quoque praestato erit. Initium autem laborum horasque lectionum habendarum e tabulis publicis indicabit.

FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KARSTEN, priuatisimas per hiemem initas lectiones Matheseos theoreticae, volente Deo ad finem perducet. Illis e commilitonibus, qui in una aut altera parte Matheseos, vel doctrinae camerale ope sua uti velint, lubentissime manuductionem offert. Horas, quantum per alia quae ei incubunt negotiari poterit, desiderio accommodabit commilitonum.

Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt,
magistros quoque habent artium eo pertinentium peritisim.

P. P. Buerzouii ante Festum Paschatos A. MDCCLXXVI.

